



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

2. Basis Fortitudinis & Constantiæ Provisio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem, probat, qui  
Bāsim istam firmiter collocarit, illi non esse metuendum,  
ne Columna unquam vacillet, & multo minus, ne con-  
cidat. Cujus, ait, laudatio, & Fortitudo est Dominus, tam non  
cadit, quam non cadit Dominus: & ideo eis factus est in salutem.  
Ob eandem caussam, & demonstrat S. Ambrosius, nun-  
quam inclinata fuit Columna Fortitudinis in Rege Da-  
vid, viro fortissimo, quia Deum ut Basim, supposuerat,  
David, inquit, nunquam nisi consulto Domino, bellum adorfu-  
ideò in omnibus vīctor præliis, usque ad summam senectam manu  
promptus, bellicosis misceratur agminibus, glorie cupidus, inhu-  
riosus Salutis.

## ARTICVLVS II.

B A S I S  
*Fortitudinis & Constantiae*  
P R O V I S I O

Q uo nomine designo Sapientiam, Prudentiam, Consi-  
lium, Rationis rectæ judicium, & quæ hisce sunt affinia  
sine his enim facillimè contingit, ut Fortitudinis Co-  
lumna ruat. Id insinuat S. Gregoriūs homilia xix. in Eze-  
chiel. ubi scribit: Sepe Fortitudo si improvida fuerit; & mi-  
nus circa vitia circumspecta, ipsa sui præsumptione in casum ruit.  
Ascendat ergo ad consilium. Sed esse consilium non potest, si Intel-  
lēctus desit. Et lib. secundo Moralium cap. 25. Cetera virtute  
ni si ea, quæ appetunt, prudenter agant, virtutes esse nequaquam  
possunt. Consentit Clemens Alexandrinus, qui lib. VII.  
Stromat. ita differit. Nullus citra rationem fortis est cognitione  
præditus: quia alioqui pueros, qui formidabilia sustinent, proper-  
eorum quæ sunt gravia ignorationem, & feras, quæ in haf-  
incurrent,

at, qui  
endum,  
ne con-  
tam non  
salutem.  
is, nun-  
ge Da-  
suerat,  
adorsus  
m manu-  
s, mch-  
incurrent, virtute præditas possemus dicere. Deinde subi-  
cit, Martyres pro fide Christianâ verè fortis fuisse. Tum quia secundum rectam rationem se compo-  
sue-  
runt. Tum quia cùm Deus vocaret, prompto & alacri  
animo se tradiderunt, nullumque alium scopum, nisi ut  
Deo placerent, sibi proponebant. Quid quod Aristote-  
les in Ethicis lib. 3, cap. 1. Fortem vocat, qui pro dignitate,  
ut ipsa ratio jubet, tam patitur, quam agit?

## ARTICULUS III.

## BASIS

*Fortitudinis & Constantiae*

## TIMOR DOMINI.

NON desunt è primis disciplinæ spiritualis Doctori-  
bus, qui nominare videntur utriusque illius Co-  
lumnæ Basim, Timorem Domini. Certè, D. Ambrosius  
Sermone V. in Psal. cxviii. ubi Crura Sponsi exponit, &  
interpretatur esse præcipua doctrinæ Christianæ fulcra;  
Columnas autem Ecclesiæ ejus, fotissimos Principes  
Apostolos, Bases verò sanctum Dei Timorem, in quo fun-  
dati illi erant. Quod fuerint Columnæ habetur testi-  
monio Pauli, qui Petrum, Joannem, Jacobum nominat  
Columnas, scribens ad Galatas cap. 2. Et idem titulus  
convenit viris Apostolicis, ac vitæ spiritualis sectatori-  
bus, qui sunt Marmoreæ, aut Aeneæ, propter firmitatem in  
benè cæptis; Erectæ, per intentionem; Altae per contem-  
plationem; Striatæ per mortificationem; Excavatae, per  
humilitatem. Quicumq; hoc seculum vicerit, eum fieri

Tertia Pars

Gg

Colum-